Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6563
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



12

primo quidem quia predicte operationes que non sequuntur
formam impressam non inveniuntur in omnibus que sunt
eiusdem speciei Non enim omnis aqua fluit et refluit
secundum motum lune Nec omnia corpora mortuorum apposita
sanant egros Quaedam vero operationes occulte in quibusdam
inveniuntur corporibus que similiter conveniunt omnibus qui
sunt eiusdem speciei sicut omnis magnes attrahit ferrum
Unde relinquitur huiusmodi operationes consequi aliquod
intrinsecum principium quod sit commune omnibus huiusmodi
huiusmodi speciem | Deinde quia operationes de quibus dictum
est non semper ex huiusmodi corporibus procedunt quod
evidens signum quod tales operationes non vero procedunt ex aliqua
virtute indita et permanente sed ex solo motu superioris
agentis sicut serra non semper secat lignum sibi conjunctum
sed solum cum ad hoc effectum ab artifice movetur Quaedam
autem operationes occulte sunt inscitiam eorum quae quando
adhibentur suis passivis similes effectus producunt
sicut rheubarbarum non purgat quecumque humorem sed
solum purgat detinatum humorem Unde relinquitur
huiusmodi actionem provenire ab aliqua virtute indita
et permanente in tali corpore | Restat autem considerandum
quid sit istud principium intrinsecum permanens ad
huiusmodi operationes procedunt Manifestum est enim
hoc principium potentiam quidam esse hoc enim dicimus
potentiam principium intrinsecum quo agens agit et patiens
patitur hoc quidem potentia secundum quod refertur ad ultimum
quod aliquid est accipit nomen et rationem virtutis
huiusmodi autem virtus quae sed ultimum actionis et passionis principium
manifeste ostenditur ex forma
rei specie determinari Omne enim actus quod est
alicuius speciei quod diversatur ex propriis essentialibus